



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 37. Initia S. Vicentii Ferrerii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

nacula majoris Carthusiæ. Sed tandem <sup>Sæcul. XV.</sup>  
Benedictum obstinatum videns Bonifa-<sup>A. C. 1409.</sup>  
cius omnino deseruit.

### §. XXXVII.

#### *Initia S. Vincentii Ferrerii.*

Vincentius Ferrerius anno 1357 in lu-  
cem editus, ætatis suæ decimo octa-  
vo institutum S. Dominici amplexus, post  
sexennium dialecticam, & reliquam phi-  
losophiam tradere cœpit. Ad discendam  
postea Theologiam Barcinonem, tum Iler-  
dam missus, Doctoris nomen anno ætatis  
28 obtinuit. Valentiam revocatus ma-  
gnam ibi existimationem collegit; roga-  
tu Episcopi, Canonicorum, & Magistra-  
tuum Theologiam tum concertatoriam,  
tum divini codicis interpretem sex annis  
palam docuit, ac per idem tempus sacrum  
Oratorem egit, ingente discipulorum, au-  
ditorumque concursu inclytus.

Interim Cardinalis Petrus Lunius Cle-  
mentis Legatus ad Regem Franciæ Ca-  
rolum VI missus Valentiam venit; ac  
Vincentium ex doctrina, & virtute cla-  
rissimum secum in Galliam ductum per  
totum legationis suæ tempus retinuit.  
Deinde in Papam electus eundem Valen-  
tia, quo redierat, Avenionem accitum  
suæ conscientiæ Arbitrum, sacrique pa-  
latii Magistrum constituit anno 1395.

Uu 2 Vin-

Boll. p. 479.  
p. 487.

**Sæcul. XV.** Vincentius Avenione tantum biennio com-  
A. C. 1409. moratus, anno 1396, ætatis suæ 40 Apo-

p. 480.

stolicas expeditiones incepit suas, seu iti-  
nera varios ad populos Dei amore inflam-  
mandos: ut ipso a Christo Domino juf-  
sum se credebat.

p. 492.

Benedictus, ut Virum detineret, epis-  
copatum ei Valentimum eodem anno va-  
cantem ex obitu Jacobi Arragonii, ru-  
brumque petasum offerebat. Utrumque  
renuit Vincentius se tantis honoribus in-  
dignum ratus, ac Ecclesiæ utiliorem spar-  
gendo sementem verbi divini, quam hæ-  
rendo in pontificia curia, quod facere tene-  
retur ut Cardinalis. Actis proinde Be-  
nedicto gratiis, ac exposita mente sua  
ubique concionandi copiam cum munere  
Legati Apostolici, & amplissima potesta-  
te ligandi, solvendique accepit.

p. 480. n. 10.

Anno 1398 in Catalonię reversus  
duobus annis continuis ejus incolarum  
animos accendit. Anno 1400 Barcino-  
ne consensa nave in Provinciam, inde  
anno proximo in Pedemontium, & anno  
1402 in Delphinatum transiit: ubi ma-  
ximam hæreticorum multitudinem ca-  
tholicæ religioni reddidit, præsertim in  
dioecesi Ebredunensi. Hinc in Sabau-  
dię, tum in Germaniam rogatu Episco-  
pi Lausanensis, postea in Lotharingiam  
se contulit. Anno 1405 Genuam ad Be-  
nedictum vocatus spatio mensis circiter  
ibi-

ibidem mansit: deinde totam Genuen-  
sium oram maritimam percurrit.

Sæcul. XV.

A.C. 1409.

Deinde Galliam usque ad Flandriam  
peragravit semper de rebus divinis verba  
faciens. Ob famam suam Rogatus a Re-  
ge Henrico venit in Angliam, Scotiam, &  
Hiberniam. In Franciam reversus ma-  
nebat aliquamdiu in Vasconia, & apud  
Pictones. Annum 1407 finiit in Arver-  
nia; & Claromontii per hebdomades Do-  
minico Adventui sacras e suggestu ad po-  
pulum dixit. Anni sequentis partem Lug-  
duni, partem Aquis Sextiis egit; ubi ver-  
sabatur sub finem Octobris: tum Massiliæ  
se commisit mari Granatense regnum adi-  
turus.

### §. XXXVIII.

#### *Concilium Aquilejense.*

Gregorius quoque anno 1409 habuit <sup>Sup. §. 15:</sup>  
suum concilium, cui Pentecosten <sup>Conc. pag.</sup>  
hujus anni præstituerat per litteras 2 Ju- <sup>3003.</sup>  
lli anno 1408 datas. Indixerat illud in  
provinciam Aquilejensem generatim, nul-  
lum locum singularem nominans. At  
per litteras 19 Decembbris scriptas designa-  
vit Austriam prope Utinum in dioceesi A-  
quilejensi sitam: unde factum, ut hodier-  
ni quidam id concilium in Austria Ger-  
maniae provincia celebratum putent. Ses-  
sio prima erat anniversario augustissimi  
Sacramenti die 6 Junii anno 1409. Tam  
pauci

Uu 3